

mandare, cum dicit : « Pacem meam do vobis, pacem reliquo vobis (*Iohann. xiv.*), » sed etiam ipsam pacem existere, sicut ait Apostolus, ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum? (*Ephes. ii.*) Quid ergo ait pax nostra commendans pacem? « Nolite, inquit, arbitrari, quia veni mittere pacem in terram; non veni pacem mittere, sed gladium (*Matth. x.*). » Quid est hoc? Quare pax gladium? quare pax bellum indicat? Numirum ut destruatur pax diaboli. Habet enim et diabolus pacem suam, de qua Dominus dicit : « Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, quae possidet (*Luc. vii.*). » O quam potenter per vos satellites suos atrium suum hoc tempore diabolus custodit, qui scuto falsitatis et galea perfidiæ protecti, nulla veritatis jacula, nulla fideli spicula admittunt! Potest tamen Dominus B noster, nō potest fortior armatus superveniens, fortem vestrum vincere, et arma in quibus confidit auferre. Non ergo correce culpamur, si pacem illam omni bello crudeliori detestamur, quam ipsa Veritas super Hierusalem flendo reprobat, dicens : « Et quidem in hac die, quae ad pacem tibi (*Luc. xiv.*). » Et quam psalmus : « Super iniquos zelavi, pacem peccatorum videns (*Psalm. lxxii.*). »

« Quod vero papam Gregorium, regem Rodolphum, marchionem Eggebeutum pessimi intentus damnas, et dominum tuum, quia illis superstes est, bonificas liquet profecto ab omni spirituali te consideratione male vacuum. Nenne beatius est bene mori quam male vivere? » Beati enim qui persecutionem patiun-

A tur propter justitiam (*Matth. v.*). » Jam et Neronem, quia apostolis Petro et Paulo, jam et Herodem quia Jacobo apostolo, jam et Pilatum quia Dominus Jesu Christo supervixerint, beatos aestunas. Qua opinione quid insanus aut infelicius dici potest? Quapropter et ab hac blasphemia linguam magnitudinam compesce, nisi forte in numero illo: um te constituis qui in fine, justorum videntes gloriam, seiam et instructuosam agentes penitentiam, pre angustia spiritus gementes dicent : « Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, et in similitudinem improprietatis; nos insensati vitam illorum estimabamus insaniam, et finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter sanctos sois illorum est. Ergo erravimus a via veritatis, et sol justitiae non luxit nobis. Quid nobis profuit superbia, et divitiarum jactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia velut umbra (*Sap. v.*). » Quae nos verba in memoria adamantina scribentes, omnem similitudinem extollentem se adversus veritatem Dei contemnimus, et gloriantes in tribulationibus, columnari, proscribi, et exterminari, denique occidi possumus, flecti vel vinci non possumus. Et cum magno tripudio illud, quod tu puer adolescens, juvenis frequentatus nondum corde senex conceperisti, de patribus nostris exultamus, qui, contemnentes jussa principum, meruerunt premia eterna. Porro sententias tuas diligent curiositate trutinantes, quasi spiritualia spiritualibus comparare volumus. Sed sicut, » et r. liqua non pauca.

VALRAMI EPISTOLA AD ECCLESIAM BAMBERGENSEM.

(ECCARD, *Corpus historic. mediæ ævi*, t. II, p. 263)

Serenissimis dominis sanctæ Babenberensis Ecclesiae reverentissimis fratribus, G. V. Niumburgensis episcopus, cum orationis instantia servile obsequium ac semetipsum ad omnia deditissimum.

Fraternum est fratrem adjuvare, omnesque bonos condecet malignantium violentiam propulsare. Notificamus fraternitati vestræ quod H. cum suis satellitibus meam præposituram deprædatus est. Quem, quoniam canonicis induciis ad satisfactionem voca-

C ximus, et venire non vult, intime vos rogamus, et pro eodem fraternæ vicissitudinis obsequio monemus, quatenus ille, quicunque inter vos hanc habet potestatem, in sua prælatione notificet, quoniam et a limitibus Ecclesiae et a fidelium consilio canonice est excommunicatus; vos etiam excommunicatum habetote, et ut rebellem et blasphemum compellite ad satisfactionem.